



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

VIII. Charta de Ducatu, Patriciatu aut Comitatu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

Manu nostra hunc consensum decreuimus roborare.

VIII. CHARTA DE DVCATV,
Patritiatus, vel Comitatu.

Præcipue regalis in hoc perfecta conlaudatur clemētia, vt inter cūctum populum bonitas & vigilātia requiratur personarum. Nec facile cuilibet iudicariam conuenit committere dignitatem, nisi prius fides seu strenuitas vidētur esse probata. Ergo dū & fidem & vtilitatē tuam videmur habere compertam, ideo tibi actionem Comitatus, Ducatus, Patritiatus in pago illo, quem antecessor tuus ille vsq. nūc visus est egisse, tibi ad agēdum regendūm q; comisimus. Ita vt séper erga regimē nostrū fidem inlibatā custodias, & omnes populi ibidē commanētes, tam Franci, Romani, Burgūdiones, vel reliquæ nationes sub tuo regimine & gubernatione degant, &

FORMULARVM LIB. I. 31
moderetur, & eos recto tramite se-
cundum legem & consuetudinem
eorum regas: viuis & pupillis ma-
ximus defensor appareas: latronum
& malefactorū scelera à te seuerissi-
me reprimantur: ut populi bene vi-
uentes sub tuo regimine gaudentes
debetant consistere quieti: & quic-
quid de ipsa actione in fisci ditioni-
bus speratur, per vosmetipos an-
nis singulis nostris ærariis inferatur.

X. INDICVLVS AD ALIVM

*Regem, cum legatio dirigitur & verbis
suggeritur commendatius.*

Dominino glòrioso, atq. præcel-
lentissimo fratri, illi Regi, in
Dei nomine ille Rex. Desideratus
euétus fidelissimā nobis obtulit fa-
cultatē, qua vestræ serenitati saluta-
tionis honorificétiam præbeamus:
Eo videlicet dilectionis affectu pro-
prietatē vestræ celsitudinis cogno-
scere cupientes, quo vestrā gloriam